quoso considerationem commonefactionis Chytreanæ de Cœnâ
p. 56. et desinet vereri, ne spectrum aut phantasma à nobis
sibi obtrudatur. Hæc, Mi Monavi, ut currens dictavit calamus,
ad pagellæ argutias et quidem prolixius quàm pro otio meo,
quanquam voluntas initio ferebat. Si quærit veritatem Amicus,
cedet. Si secus, nihil illi satisfaciet. Oro autem, ut partium
sententias rectius cognoscat, et ad fidei ἀναλογίαν cuncta
examinet: imprimis verò, quam de fide Abrahæ mente
circumfert, deponat, ne seipsum inani larvâ terreat, et sor-
tificiis calumniandi ansam porrigat. Vale. Idibus Novemb.
1589.

112) D. Davidi Pareo Ernestus Vezelius S.

Heri vesperi, Clarissime Vir, postquam me paroxismus et sudor febri-
lis reliquissent, indicavit mihi mea conjunx, se vidisse te cum d.
Aarone præterire meam posteriorem portam, quod sanè libenter
audivi, nam existimabam me nactum esse commodam opportuni-
tatem tecum de filio meo Gerhardo colloquendi. Itaque hodiè
summo mane misi ad d. Aaronem interrogatum, ubi diver-
tisses? Ille indicari mihi jussit, te heri vesperi adhuc in Lache
vivisse, indeque summo diluculo iterum esse spiraturum, ut rhedam
euntem Heidelbergam apprehendere et in ea Heidelbergam
vehi posses. Cum igitur neglexerim occasionem coram tibi
exponendi meam petitionem, volui id per has literas facere,
sed breviter, nam et tremula manus et debile caput non pa-
tiuntur me multa scribere. Est autem ut spero à Deo
Rectore nostro tibi expositum, meum filium esse satis habilem
ad translationem in domum sapientiæ, et nihil aliud obstare
velle ejus translationi, nisi quod quidam condiscipulorum ipso
grandiores adhuc per dimidium annum quidam repetere et fir-
miùs insculpere sibi debeat. Meus autem filius urget progres-
in studiis, et ægrè fert, se rursus dimidium annum (sicut
hactenus facere coactus fuerit) consumere et non potius provehi
debere.

debere: Et metuendum est, si jam negligatur, ipsum pertesum longa mora promotionis, aut planè neglecturum aut languidius prosecuturum esse studia. Summa, es wirdt kein gůtt thůn, dann es sich gegen meiner Gnädigen herrschaft herrschaft, da es solte zůrück komen und nicht fortschreiten, so wolte es ob eben so nutz gar stehen lassen. Decreviny itaq; non habito respectů grandiorum condiscipulorum illum ad vos promovere, modò à vobis recipiatur. Ideò à Te Doctissime Dñe Sarae summopere peto, ut nos hac in re juves, et apud Senatum Ecclesiasticum intercedas, et si fieri potest, impetres, ut exquinq; vacantibq; locis ung illi assignetur. Genet se sinè dubio pium, modestum, morigerum et diligentem, ita ut non poenitere te promotionis ipsius possit. Ego autem pro hoc officio grātum me, ut decet, exhibebo. Scripsi ea de re etiam ad D. D. Marcum: si ad quem amplius scribendum est, quso, mihi significa. Vale Neostadii 14. Martij 1589.

T. St.

Ernesty Vegelius.

Erupdchi
Clarissimo et Doctissimo Viro Dn:
M. Davidi Sareo Praeceptori colleg:
sapientiā p. Dño et Amico suo
colendo
Heidelbergam.

113

D. Davidi Sareo Sebastianus Ambrosius S. S.

Vir Clarissime Domine et Amice in Christo plurimùm observande. Cùm primùm in hanc regionem allata est Methody controversiae ubiquitariae abs te concinnata, perlegi eam diligenter, quia cum vicino quodam nobili habente quidem Zelum Dei, sed non secundùm scientiam, de eadem materia disceptandum mihi erat. Placuit mihi mirificè labor tuus cum aliis de caussis, tum quòd sinè ulla acerbitate tantummodo rem ipsam breviter et perspicuè tractare voluisti: ideoq; vestigia tua aliquot in locis me secutum esse aliquando, si volet Dey, è scripto meo cognoscere poteris. Peperit haec res singulare quoddam in animo meo jungendae tecum amicitiae desiderium, quod non mediocri accessione auctum est, cum notas tuo labore Bibliis Germanicis additas vidissem. Hanc voluntatem erga te meam literis jam pridem declaraturus fueram,